

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo S. Rochi Confessoris. Sint lumbi vestri præcincti, &c. Luc. 12. 1.
Sanctorum vitas & exempla imitanda. 2. De eorundem historiarum
vtilitate. 3. De vitio pestilentiae. 4. De S. Rochi patria, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

petieris, tibi datus sit. Tuigitur, spes nostra & refugium vnicum, veniam nobis delictorum impetra, emendationem vitæ obtine, & gratiam allius in hoc mundo adipiscere, & in altero gloriam & beatitudinem, cuius nos participes reddant Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

IN FESTO S. ROCHI
CONFESSORIS.

Partitio.

- I. De Sandorum vita & exempli imitatione.
- II. De eorundem historiarum utilitate.
- III. De vita pestilentis.
- IV. De S. Rocho, eius patria ac rebus præclarè gestis.

Sint lumbi vestri praecincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, Luc. 12.

FIGVRA.

Veteri Testamento celebratur vir quidam sanctus & illustris de tribu & ciuitate Nephthalimi in Galilæa superiori, cui nomen Tobias: dicitur hic iam inde ab incunabulis virtutis studiosus fuisse, Dei timorem ob oculos habuisse, in eoque ad v'que vitæ extremum perseuerasse, adeò ut quantum cresceret ætare, tantum & vita sanctimonia meritorumque cresceret copia: ut ne quidem à rege Assyriorum Salmanasar cum vniuersis contribubus suis in captiuitatem Babylonicam iam abductus, Niniveq; commorans, tyrannide licet: & immanitate Barbarorum oppresus, ab amore, timore, ac præstita sacramento Deo suo fide, vellatum vnguentum deflexerit, magnaque cum patientiæ significatione ac modestiæ triste hoc & ingratum exilium ferens, omnium piorum operum, ac præseruum charitatis ac misericordiæ exercitio se consecraverit. Vchem est enim erga proximum amor tam ardentes animo eius subdebat faces, noctu & interdiu alio ut opere non occuparetur, aliudq; nō astinareret, quam Deum: issiduis precibus fatigare, afflitos consolari, ægros adire, indigis auxiliari, pauperibus de facultatibus succurrere, faucijs

medelam afferre, mortuos deniq; terre mandare. Quæ omnia uno velut fasce complectens sacra historia, hoc eius vite compendiū rexit. Esurientes alebat, nudisq; vestimenta præbbat, & mortui atq; occisis sepulturam sollicitus exhibebat.

Hic ergo vir mirè sanctus fuit, & sanctè admirabilis; sed si vetera hac & prisca seponere gesta, & ævum aurorum transeundo ad recentiora venire tempora voluerimus, in nostra prouincia, nec dicam ætate (ab hinc n. 300. floruit annis) alium non minori prædictum sanctimonio, nec inferioribus donatū repertemus meritis. Nomen illi Rochus, patria Gallia hæc nostra, virtutes portio eius inexplicabiles. Hic ergo virtutē naturali sanguinis nobilitati cōbinans (fuit namq; domo & stirpe illustris) ad Tobie veteris imitationem, iam inde à flore etatis virtutum studio se dedit, acto virtutē tempore ipsum non deseruit; imprimis vero in operibus pietatis & charitatis & misericordiæ mirabilem, ac prope dixerit diuinū atq; inimitabilem se reddidit. Parentibus namque intermortuis generosè mundum prostruit, mundansq; cedens, facultates in egenos dispergit, inque voluntarium & vltorneum secedens exiliū, & natali excedens solo, in alienum se cōtulit, & regiones ne fama quidem notas & remotas adiit, vitamque omnem, vtpotè amore & charitate æstuans proximo subleuando impendens, ægris & nominarim pestileari lethaliisque correptis morbo, quos alij mortis formidine ne aspicere quidem, nedum attingere ausi essent, sedulò ardenterq; adesse, & si quam posset verbo manuq; opem afferre studuit. Adeò ut cū sola frequenteret nosodochia & prothodochia, interq; afflitos perpetuò victaret, & eius molinibus, Deo cœlitus aspirante, hac ipsa lue infectos, ad quorum medelam humana deficiebat industria, sanitati redderet, etiamnum viuentis celebrari passim nomine cœperit, & ad exterias diffundi regiones, atq; hinc factū est, vt etiam vita functus inter illustres sit sanctos relatus, & ab omnibus, qui epidemicō hoc morbo correpti sunt, toto passim Christiano orbe, vt patronus & alexicacos inuocetur. Hodie ergo, quoniā anniversaria religione & obseruantia festiuitas eius recolitur, reliquā vitæ eius seriem deducere, & præconia enarrando prosequi constitui. Cum vero hæc nobis felicitas

Bess. de Sanctis.

Ppp

citas

citas obtigerit, quam sanè haud exiguum inter-
pretor, quòd Gallia nostra sanctum hunc Co-
fessorem dederit, par est maximeq; consentaneum, apud Gallos & eos fideles & Catholicos, scriptorem Ecclesiastemq; Gallum, quemal me libens gloriaisq; agnoscet, illius elogii auspi-
caentem, pro dignitate, & ea qua potis est elo-
quentia & dicendi energia, vita eiusdem mi-
rabilia ac præconia deprædicare. Benigna por-
tò sacratissimæ Virginis patronæ nostræ ordi-
nariæ aura & intercessio, & priuati vestrum
erga Beatum hunc virum afflatus, gratia nobis & auxilium Paracleti Spiritus effligitabur;
quod ut impetraremus, pariter & syno omnes ore
& affectu, corde supplici dicamus, *Ave Maria.*

I. Sancta Ecclesia Catholica velut pia & prudēs fidelium omnium mater, cū probē perspectū habeat, quanta quamq; eminentia nascantur ē frequēti historiarum, vitarum, elo-
giorum, piarumq; actionum illustrum san-
ctorum sanctarumq; lectiōne, meditatione, ac
pia eorumdem contemplatione ac ruminatio-
ne emolumenta; sēpē nobis eadem & ob oculos obiicit, & animo proponit, vt ex iisdem in
necessitatibus hauriamus solatium, in aduersis
sentiam firmamen, corumque sedula imita-
tione æmulari virtutes non pigeat, quorum
vitam operaque demiramus. Ita Apostolus
Paulus primorum Apostolorum non postre-
mus, & Ecclesiæ huius Doctor, yeros Dei filios
exhortatur, vt in sancta fide & vera religio-
ne immobiles infractique persisterent, vetera
quidem, sed prudenter alioquin, sanctoū Do-
ctorum, venerabilium Patrum, ardentium Præ-
dicatorum & honorabilium Praetororum exé-
pla illis ad oculos animumq; aduocat, qui
cum eamdem verbo doculent, sanctitate eti-
am vitæ excelluerunt, quam tandem sancta
etiam glorioſaque morte & fuc illiſtri cœclu-
ferunt. Sic potro populares suos alloquitur:
Heb. 13.
Memorante prepositorum vestrorum, qui vobis
locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exi-
tum conuersationis, imitamini fidem.

Veterum Apostolica hęc patet ac sis veteris cuiusdam
Lacedēmoniorum titus apud Spartanos obseruari soliti memo-
niorum ritus. nriam reficerat. Hi ergo celi superstitione idolo-
latrica infames , prudentia tamen sacerulari &
politicis moribus illustres , vt iuuentutem suā
ad maiorum virtutes imitandas , & rem prae-
clarę gerendam , heroicaque facinora incitaret;

viris omnibus illustribus, qui famam sibi strategemate aliquo compararant, rebus gestis tuis domi, tum belli caput ceteris altius extulerat, & tam litteris, togâ; quam armis de marte patriam illustrarant, statuas marmoreas ænealiquas in senatu & in curia ante oculos omnium erigebat, hoc addito insecre epigrammate auratis characteribus exarato, *Si fuerit sicut hi, virtute sc. animo, rebus gestis, generositate ac metitius, eritis sicut illi, honore scilicet ac gloria parentes, quasi vel verbo dicerent, AEmulamini & sequamini virtutes ac praæclarè illorum gesta, quorum statuas hic conspicuitis, vitamque suscipiatis, eodem proflus sensu, quo deinde Apostolus Hæbitos suos compellauit, Mementote præpositorum vestrorum, quorum inuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.*

Hanc proculdubio o[mn]i cauam Ecclesie, vt filios suos ad perfectionem animaret, & ad opera heroica generosaque calcar ac stimulos adderet, in templo suis, quae vera diuinitatis sunt palatia, tot illis Sanctorum proponit imagines, & in aris suis eorum omnia sustinuit corpora ac reliquias, qui sanctitate ac vita dignitate, tum pace, tum bello, tam in mundi prosperis, quam aduersis, immortale sibi nomine comparauit, & immarcescibilem gloriae coronam nacti sunt, ut ijs contemptis, y[et] t[ame]nque illorum historia, veluti litteris quibusdam patribus audita, ad eorum imitationem animentur, illorumque vitae sanctum omniam ac mores illustres sequantur, quorum auribus percipiunt præconia, & mirabilia obstupeficiunt. Et sane permagna sunt ad excitandas mentes, & omnium omnino animos inflammandos erga hæc exempla efficaciam.

Exempli loco erit, quod in historia Iudith *Iuditha*
legere est. Iudaicæ in terra Iuda habitantes
dum ad Holofernis ex Assyria aduentum ni-
mium quantum confundarentur, & tantum
non præ metu examinarentur; summus sacer-
dos Eliacim v. animos illis adderet, omnemq;
pectore illorum metum eliminaret, veterum
ipsis patrum similibus in casibus exempla, & ia-
primis Mosis fidem ac generositatem specta-
dam proposituit, dicens, *Memores estote Moysi*
serui Domini, qui Amalec confidentem in vir-
tute sua, & in potentia sua, & exercitu suo, &
in clypeis suis & in curribus suis, non ferro pu-
gnando, sed precibus sanctis orando dericit. Ac-

tandem orationem his verbis finit, *Sic erunt vniuersi filii Israël*: perinde ac si diceret, Hostilia arma & copias nolite perhorrescere, viri, sed vnius Dei nitimini auxilio, & ad preces velut ad aram & ancoram lacram confugite; ab his namque magis quam ab armis & robore victoria omnis dependet.

Eamdem penè ob causam & simili in discri-
mine magnus ille bellator Iudas Machabæus,
viro, Gorgiae copias per vniuersum agutum Is-
rael drepente sparsas esse, ac populum proin-
de in maxima agere formidine, cùm nonnisi
tria hominum millia, eaq; semifracta ac lace-
ra in repentina hoc motu coadunare potuissi-
set; ad meticuloſos animandos, & inertia mē-
tibus depellendam efficacius medium non ha-
bit, quam prodigiosum illum maiorū, Mosis
ductu auspicioque per mare rubrum transiū,
& Patrum in illo sequendo audaciam genero-
ritatemque proponere. His ergo eos verbis
compellauit, *Ne timueritis multitudinem eo-
rum, & impetum eorum ne formidetis, memen-
tote qualiter salui facti sunt patres nostri in ma-
ri rubro, cùm sequereretur eos Pharaon cum exer-
ciu multo.*

M. 1. Mach. 4. Eodem ipso libro, & quidem sub initium,
M. 1. Mach. 2. Mathathias venerabilis ille senex, legis diuinæ
zelø astuans, vt Hebræos zelotas ad legie eius-
dem obseruantiam accenderet, ne nimurum à
sanctorum rituum custodia ymquam desci-
cient, & infidelium Gentiumque minas, im-
petus, ac molimina nequicquam exhorresce-
rent, maiorum exemplo vñus est, & hac eos o-
ratione est affatus: *Nunc ergo filii amulatores
estote legis, & date animas vestras pro testamen-
to patrum vestrorū, & mementote operum pa-
trum, que fecerunt in generationibus suis, & ac-
cipiēti gloriam magnam, & nomen eternum,*
& iam inde ab Abrahamo, Iosepho, Phineces,
Iosue, Caleb, Daudie, Elia, Anania, Azaria,
Misaele, alijsq; Dei legis zelatoribus & amicis
dueta ad vsque Danièle serie, hoc tandem e-
piphonemate orationem suam terminat, *Et i-
ta cogitate per generationem & generationem,
quia omnes, qui sperant in Deum, non infirmā-
tur. Agnolcebat nempè pius ille senex, veteres
maiorum historias ad filios ac nepotes ad
diuinum cultum petrahendos, & à vitij au-
candois permultum posse.*

Non ignorabat id Gentium ille Doctor

Paulus, cùm Hebræos suos ad tolerantiam ma-
lorum exhortans plurium Sanctorum velut
catalogum ac seriem texit, quos ad imitationē
illis proponit, vitaſque ipsorum depingens sic
loquitur, *Alij verò ludibria & verbera experti, Heb. II.
in ſuper & vincula & carcereſ, lapidati ſunt.
ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui
ſunt. Hinc capite ſequenti ſic orationem ter-
minat, Ideoq; & nos tantam habentes imposita
nubem teſtium, deponentes omne pondus, & cir-
cumſtant nos peccatum, per patientiam curra-
mus ad propoſitum nobis certamen aſſicientes in
autorem fidei & consummatorem Iesum.* vt S. Pauli ad
hos ergo Apoſtolum in fide ſolidaret, intraque Hebræos
Euangelij terminos conineret, plurimos illu-
ſtres illis Sanctos repreſentat, qui vt ipſam tu-
erentur, tam glorioſam mortem oppetierunt:
in primis vero & ante omnes Christum Iesum,
velut Sanctorum omnium regem, & legis au-
torem, proponit, qui eamdem in mundo plā-
taturus, mortem subire, & tam cruentæ paſſio-
nis torrentem ingredi minime dubitauit.

Post hunc Gentium Doctorem, Iacobus et- *Iacob. 5.*
iam Apoſtulus latius ſe diſſundiens, hanc o-
mnibus fidelibus adhortationē p̄æ oculis ha-
bet. Exemplum, inquit, accipite, fratres, exiſtus *S. Iacobus
Sanctorum
mali; & longanimitatis, & laboris, & patien-
tia. Prophetas qui locuti ſunt in nomine Domini
ſuaderet.
Sufferentiam Job auditis, & finem Dei vidisti,
& quo patientiam eius modo coronarit. Egre-
gia ſane verba, Sanctorum ſemper exemplum
proponentia, & glorioſam maiorum vitam
velut in ſpeculo repreſentantia.*

Ipſe etiam Baldad Suhites, vñus de Iobi a- *Iob 8.*
micis, sancti huius viri vitam calumnijs pro-
ſcindens, & quibus poterat modis ſugillans, ve-
terum exempla in dictorum ſuorum confir-
mationem allegat. Sic enim ipſum allocutus
legitur, *Interrogata generationem pristinam, &
diligenter inueſtiga patrum memoriam: heſter. Baldadi ad
ni quippe ſumus, & ignoramus, quia ſicut vñus Iobū q̄ta-
bra, dies noſtri ſunt ſuper terram, & ipſi docebit uio-
te, loquentur tibi, & de corde ſuo proferent elo-
quia, &c. Inferre hinc alienigena ille vult, ma-
iorum ac patrum memoriam, atq; in primis vi-
rorum virtute praefantium iuuenibus ſcho-
lam veluti eſſe atque academiam.*

An non huic amans ille ſponſus in Canticis
reſpexit, cùm dilectam ſuam ſic alloquitur,

Cantic. i.

Si ignoras te, & pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum. quorum allegoricorum verborum hic est sensus, Si te ipsa cognoscere nequeas, anima, quæ cœaturis reliquis venustate ac pulchritudine pœcellis, egredere paulisper extra te, & Ecclesiasticorum illorum gregum sequere vestigia, id est, imitare gressus, vitam virtutisq; tot illustrium Sanctorum, qui gregum ad instar antecurrentunt, ac veluti oves innocue sine fraude doloque, animalia sacrificijs destinata in mortem rapti sunt, tamque atrocis subierunt supplicia. Norat quippe sanctus ille sponsus, Martyrum reliquorumq; Sanctorum exempla misericordie ad inertes languidosque animandos, & eos qui à virtutis tramite deflectunt, ad eumdem reuocando, pollere.

Ephes. 6.

Hinc ad hæc ipsa Cantorum verba alludens Apostolus sic nos in Epistola ad Ephesios commonefacit, State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induit loriam iustitie, & Exemplum calcantis pedes in preparationem Euangeli. Sancctorum gula verba metaphorica sunt & figurata; quovis in hoc sæculo maxi- rum hic genuinus ac legitimus sensus, Cogitatione de veterum patrum gestis, & tot Sancctorum in fide mortuorum exemplum maximum solam opera excitare & consolari eos, qui hoc in mundo degunt. Vti enim calecos è mortuorum animalium exuvijs confectos induit securè intrepideque ingredimur, spineta, saxa, aut quicquam pedes offendere natum, neutriquam morati: ita, dum Sancctorum, qui ante nostra viæ tempora, historias ac vitam euoluimus, aut ad mentem reuocamus, ad eorum sequentiam, & ad eadem quæ præstiterunt præstanta accendimur, illorum fidem amulando, & in sancta religione, in qua ipsi & salutem nocti sunt, & pro cuius tuitione omnigenos cruciatus & mortem ipsam tandem subiungit, viuendo. Hec sunt, quæ nos ad illorum secunda vestigia, etiam quibuscumque oblatis difficultatibus, compellunt, & ad mala, aduersitates, persecutions, quas obijcere mundus potest, exsuperandas: atque hoc est reuera, ex Apostoli mente, in Euangelium preparari.

II.

Historiæ sancctorum multum valent ad o-

Et profecto ita se res habet: cum enim ad mentem reuocamus, & ob oculos ponimus, eos ipsos, quos modò vt Sanctos columus ac reueremur, fragiles mortales fuissimus, & nostri ad instar etiam peccatis infantes; gratiae tamen

datae, quæque nemini non offertur, cooptantes omnes oratores, mirabilia, vti in historijs ipsorum ac vicinioribus serier ad oculum legenti apparet, præstutis virtutem se; quoniam hoc esse ex & potens est, ad omnia excitandos generis & conditionis homines, ut genitos, illustriumque actionum exercitia frequentent, honori & virtuti incumbant, & sanctis decretis & institutis diuinis repugnantia deuident, excitandos?

*In sancta porro & admirabili tot Sancctorum admirabilium vita Christiana religio militans, veluti in tabulis quibusdam ad viuum depictingis, & sensibiliibus depicta est. Nec mirum cuiquam videatur, si Ecclesiam dictum est è lapidibus viuis concinnari (*que construitur in celis viuis ex lapidibus.*) Tam multi namque Sancti, qui modo, & cœlesti gloria pestruntur, noctu & interdiu nos incessanter alloquuntur, & sanctarum rerum desiderium in nobis existantigloriosi inquam illi sancti, qui veluti fundamentales Ecclesiæ nostræ lapides fuerint, proprio sanguine, velut camento, coagmentati, & inestimabili charitate inter se combinati.*

In Numeris legitimis, omnes eos, qui à servientibus virulentis fauicij æneum à Mose in deserto erat, cum serpente respiciebant, confessim & à puncturis & à venenato morbo sanatos fuisse. Eodem itidem sensu ipse dico, omnes ambitionis, avaritiae, libidinis, aliorumque viriorum pestis ab eis correptos, si in gloriosos Sanctos, in celum iam euctos, & quorum in templis nostris imagines & effigies erectæ sunt, oculos conisciant, eorumque vita contemplando ponderent, maximam inde consolationem elicere, ac persæpe delictorum offensarumque medelam inde consequi.

Quemadmodum Moses prodigioso illo li. Exodus, quo de Exodus meminit, in aquas Maris coniecto, easdem sapidas ac potabiles reddidit, cum antea amarissimas forent & insipidas; ita Deus boni nostri per quoniam studiosus, & sancta mater nostra Ecclesia, ut amaras tot tribulatum, afflictionum, dolorum, acerbatum, aduersitatumq; hac in vita occurrentium aquas dulcoraret, & eas tolerabiles redderet, tot Sancctorum vitas & historias adiuverit, & nobis legendas proponit, simul & spectandas eorum cruces, catastas, ecceles, cōpedes, trahas, vincos,

vncos, aliaq; martyrum ipsorum instrumenta, velut prodigiosa quædam ligna & Mosaico illi perfimilia.

Et sane omnis conditionis & qualitatis homines hac è re in omni casu maximum sentiunt auxilium & incredibilem quædam consolationem. Exemp'i causa, si concionator quispiam salutem animarum maxime spirans, & solius honoris diuini studiosus, aduersus peccata generosè detonans, criminis animosè reprehendens, & feruentis zelantisq; Ecclesiastæ paries ac munera pro debito exples, virulentis malevolorum linguis profundatur, calumnijs & conuictio iniquorum impetratur, adeò non mouebitur, aut ab officio vel latum vnguem recedet, vt per magna inde potius sit consolatione perfundetur, si Sanctorum historias ac vitas legendo animaduerterit, Redemptorem ipsum Christum, Prophetas, Apostolos, & quotquot vñquam honoris diuini ardore astuarunt Ecclesiastæ, simili linguarum virulentæ esse impetus.

Si quis aduersæ fortunæ malignitate & mundi huius iniuria ad ima subfelia redigatur, è summa opum affluentia ad summam inopiam deueniat, & è summo honorum gradu ad infima infamia deturbetur, atque inde non mediocriter perturbetur; ilicò maxima consolatione vicissim perfundetur, si lobum, Tobiam, Davidem, aliosq; afflictos & exagitatos sibi proponat. Si in exilium coniectus & procul à patria extorris mœrore conficiatur, confessum vegetescet & animum recuperabit, oculos in Abramam, Iacobum, Clementem, Ioannem Chrysostomum aliosque infinitos, qui etiam cum infamia & dederore patrio pulsi solo, non ide reo animum contraxerunt, nec à Dei cultu desciuerunt, sed

Vite San. in barbaræ & peregrina regione non minus cum, quem suis in ædibus ac terris coluerunt, conjiciens.

Adhæc si quis carnalis concupiscentiæ stimulis exagitetur, si quis lasciuarum muliercularum illicij impetratur, si quis tentatione ve- tere pulseretur, reuocet ad mentem generosos omnigena illos pugiles, castimoniaz laude inclytos, Iosephum Patriarcham, D. Thomam Aquinatem, sanctum Bernardum Clareuallensem, & alios sexcentos, qui belluam hanc tam generosè sancteque edomuerent, carnisque

violentiam tam herois è exsuperarunt; & iurare ausim fore, vt extemp'ò mirabilem sit consolationem & robur insolitum expertrurus.

Si quis item mundi se pedeis expedire nequeat, aut eius valedicere vanitatibus, si quis facultatum comprandarum nimium audius, erga inopes non pro eo ac debet sit animatus, affl. Et sluecurrere dicitur, eo que se dejectere non suffineat, ægros vt iniusti, ijsq; auxiliatur, facilem in his de se ipso victoriæ referet, & solamen extremum capiet, si S. Benedicti, Antonij, Hilarionis, Francisci, & nominatum S. Rochi, illustris illius confessoris vitam intueatur: hic enim postremus iam inde à prima ærate virtutem secessus, in egenos facultates omnes disperitus est: reliquaque patria reliquum vitæ tempus ægrorum & pestifera labi infectorum ministerio dedicauit. Hinc totus Christianus orbis summo cum cultu prosecuitur, magnos illi honores defert, & Ecclesia Catholica hanc illi dicem anniversariam assignat, & eius in honorem hoc legendum Euangeliū prescripsit: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, &c.* Habuit namq; inter ceteros Sanctorum renes vere caffitate præcinctos, & manus bonis operibus, veluti lampadibus ardentibus instructas. Veiu ne Euangeliū textui diutius inhæream, aliam semitam insitens, & Sancti huius viri elegia prosequens, duobus omnem hanc concionem membris inædificabo: primò velut medicus & Theologus de morbo epidemicō ac peste loquar: cum ab huius morbi lue corruptis sanctus hic inuocari soleat & suspicitaltero summatim simul & singillatim vitam, sanctimoniam, charitatem virtutes, reliquaq; eiudem merita prosequar.

Princ pio igitur, nomen contagij aut pestis, III.
quod vel a pernicie aut perdendo originem trahit, quod primaria quæque, quæ vitam accedit, mis duobus perunt, perdet, destruat & corripiat, nonnisi à annorum bis mille quadringentis post mundi creationem millenarijs nem annis mundo cœpit innotescere. Constat namque ante vniuersale aquarum diluvium, quod iuxta communem annorum supputationem, anno à mundo condito millesimo sexcentesimo quinquagesimo lexio continet, nullam morbi huius aut notionem fuisse aut formidinem. A diluvio ad usque tem-

PP. 3 pora

pora Abrahæ duobus intercurrentibus saeculis, quid esset pestis, nemo norat: ab Abrahamo ad viisque Isaac, ad viisque Iacob, ad viisque Joseph, ad vsq; Mosen, (trecenti & amplius interfluent anni) quid esset contagio, nondum quisquam sciebat; adeò ut si quis secula superiora & primas mundi ætates euoluere voluerit, facile extentia mea repertus sit his mille & quadringtonos pacifice effluxisse annos, antequam hoc aliquis in terra mortali corruptus legatur.

Exod. 5.

Prima pēstis mentio tempore Pharaonis

Aeris infestatio pestis causa.
Pestis dicitur moribus publicis.

Duplex pestis causa.

Prima eius mentio fuit tempore Pharaonis, & durante seruitute filiorum Israel in Aegypto. Legimus quippe in Exodo, Mosem & Aaronem regiam Pharaonis ingressos, sic eidem locutos esse, *Deus Hebreorum vocavit nos, ut eamus iter trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Dōmino Deo nostro, ne forte accidat nobis pēstis & gladius:* quasi verbis manifestioribus dicentes, Deus optimus maximus, qui verus Hebreorum Dominus est, nos cuocando praecepit, ut Aegypto egredemur, regnum hoc deferemus, & tridui itinere in solitudinem abeentes, ibi Deum nostrū adoraremus, sacrificiaq; immolaremus, ne forte eius iussa negligentes voluntatiq; refragati, pēste corripiamur, & bello opprimamur. Hæc prima est, quantum quidem meminerim, pēstis in facie mentis.

Ceterum morbus est contagiosus, & maxime perè metuendus, quinque penumetia ab acris infectione ortum habet & initia, qui eo quo infectus est, virus in omnia terræ animantia effundit. Atque hanc ob causam à Galeno & omnibus medicorum filiis morbus publicus & communis dicitur, quod omnes omnino homines, nullo sexus, æatis, dignitatique intuitu inuadat. Malum est initio quidem latens, clanculo serpens, & saepe antequam patet, occulta quadam proditione hominem enecat. Introsum interdum defæuiens, & corpus proorsus corripiens, suas etiam foras vires exercit, & tubera, panos, & phlegmonem in lateribus, in quibus plus materiæ ad hominem inficiendum, & vitam in discrūm vocandam dispositæ reperitur, causatur.

Vt verò profundius in medicorum penetrali penetremus, sciamus oportet duplē morbi huius causam dari, unam quidem infiam & naturalem, aliam sublimiorē & na-

turæ præcellentem. Naturalis causa item duplex, prima aeris infestio è putiscentibus & corruptis exhalationibus enata; deinde longa prauorum humorum in corpore nostro collectorum, & ad infectionem tendentium coacceratio. Varia porrò sunt, quæ aerem inficiunt, eumque pestilentem reddunt, non mo- ciendi caudo videlicet maligni vapores, & maleolentes exhalationes, & locis putiscentibus ascendent, & mephitis intolerabilis; sed excessi etiam & insoliti calores, humidum item insuetum, indebito scilicet tempore & hora anni dominantia, quæ duo in aere corporum celestium influxus causatur. Quod autem homines sine communi & continuo elementi huius viuere nequeant, mirum sane non est, aere corrupto & infecto, homines cum haurientes etiam infici; quem si corruptum ducant, vitam etiam illorum corrumpti illico necesse est.

Causæ supernaturales, quæque communia Causæ plementaria agentia longè transcendunt, sicut superstitiones, sunt hominum peccata, & iusta Naturæ, minis vindicta, quod mortalium flagitiis exacerbatum flagella exerit insolita, ut extraordinario in terram modo animaduertat. Ita Moses inter alias in Pharaonē & Aegyptios a Dei dextra immitendas plagas, pestem etiam recenser, Deum sic loquentem inducens. *Ecce manus mea erit super agros, & super equos & asinos, & camelos, & oves & boues, pestis valde grauis.* Concludens ergo tacra Scriptura sic ait, *Mortuaq; sunt omnia animalia Aegyptiorum.* Atrocius autem mortalitatis huius causa fuit barbari illius regis obduratio.

Et sane, potius ille ac metuendus Deus maius semper peccatoribus pestem intentauit, peste ad abominationes ipsorum scilicet hoc flagello castigandas, iramque suam ostendendam. Non de alia loquuntur re propheta frequentius, & plenæ sunt exemplis iisque mirabilibus faciat scriptura. Quæ vobis, viuentera sacra volumina à capite ad calcem percurrente, continua serie depromam. In Leuitico, cum legis prævaricatoribus immitendas maledictiones Deus recenser, hanc inter alias adnecit, *Inducamq; super vos gladium ultorem fedoris mei, cumq; confugeritis in urbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini in manibus hostium.* Si iam inde à Moysi tempo;

IN FESTO SANCTI ROCHI.

497

Dens de le- temporibus Deus de mandatorum suorum ob-
ligato cu- seruatione tantoperè sollicitus fuerit, pestem
funda ze- que ciuidem violatoribus intentarit; eequid
lora. mirum in lege Euangelica sanctis eiusdem
mandatis toties violatis, eundem ipsum
Deum toties exardescere, & iisdem in nos fla-
gellis, bello inquam ac morbo pestilenti, ani-
maduertere?

Eundem ob causam legitur Deus aduersus populum infidum & praevaricantem excandescens, siamque iram expostulando exercens. In libro Numerorum dixisse, *V* quequid detra-

huius mihi populus iste quo usque non credent mihi in omnibus signis, qua feci coram eis? feriam igitur eis pestilentia atque consumam, &c. Unde de liquido patescit pestem & contagia Omnipotens Dei dexteræ opera esse, eiusque iustitiae effecta, in terram ad maleficorum & scelerum humanorum punitionem immitti solita.

Be. 12. Mira sunt, quæ huius occasione in Deuteronomio legimus. Inter maledictiones aduersus Deo rebellēs & legis eiusdem effractores emitendas, *Quod si audire nolueris vocem Domini Deitatis, ut custodias & facias omnia mandata eius & ceremonias;* quas ego præcipio tibi hodie, *venient super te omnes maledictiones istae;* hæ speciatim enumerantur, *Maledictus eris in cunctate, maledictus in agro.* Pessima autem omnium hæc est, *Adiungat tibi Dominus pestilentiam,* donec consumat te de terra: *sit celum, quod supra te est, aneum & terra, quam calcas, ferrea.* Adicō ut inter Dei viventis & itati maledictiones & comminationes omnium atrocissima & maximè metuenda sit, *quæ mortem, & pestilentiam comminatur.*

Idem ipse Deus eadem in indignatione
perstens, eamdem etiam comminationem
intentat apud Ieremiam, cum Ierosolymæ tui-
nam, excidium vastitatemq; predicens, sic suū
est Prophetam allocutus: *Hac dices ad eos, sic di-
cit Dominus Deus, vino ego, quia qui in ruino-
sis habitant, gladio cadent; & qui in agro est, be-
satis tradetur ad deuorandum; qui autem in
præsidjis & speluncis sunt, peste morientur.* Hic
ergo locus alijq; innumerati ad oculum nobis
patefacti, pestem flagellum Dei esse, & ciu-
titia cuiusdem instrumentis maximè crue-
tum & metuendum.

Certissimum est autem, & nemini non ob- Tria diui-
nium, inter innumeras virgas & rationes, quas næ iustitia
supremus ille vindex ad iniquitatum huma- flagella
narum vindictam exercere consuetus, tres il- sunt.

lum potissimum ac specialem, quibus ad enor-
missima flagitia castiganda vultur, & e quibus
iusta eius aduersus eadem iracundia & furor
maxime eruitur; bellum, inquam, pestem &
famem, quo triplici ferro nihil non dejeicitur,
nihil non edomatur, cum ipsum Deo
vistum exerceat, nemo ut illi queat resi-
stere.

Iouem fingebat veteres in cœlo tonare, Fabula
dextræque illius trisulcum addebat fulmen; Poetica,
quo illum telo omnia in terra concutere & per-
terrefacere credebat. Hæc quidem Poetica &
commentitia sunt: sed veritas verissima, Deo
nostro ter maximo triplici hoc flagello, velut
trisulco eius iustitiae telo, dextram obarmata
esse quo in terram horrendè sœnit, furorem
exerit, indignationem ostendit, seque morta-
libus terribilem ac metuendum exhibet.

In huius mæ sententia confirmationem S. Scriptura
potest velim, sacra volumina, quotiescum- bellum, pe-
que Deum ter maximum aut iratum, aut per stem & fa-
potentiae suæ arma, aut iustitiae flagella mun- mem ple-
lo minitantem nobis describunt, semper hæc rumque &
coniuncta in aciem producere, bellum in- coniungit.
quam, pessim & famem, velut indiuidas co-
mites, perpetuo connectere; quod varijs ex sa-
ro textu testimonij deducitis asserere yobis
onabor.

A libris Esdræ ducam exordium. in ijs note 4. Efd. 15.
Bum Asia succensentem, quod Babylonis
sset delicta simulata, has eidem minas inten-
are: Odibilem imitata es in omnibus operibus,
in adiumentis suis; propterea dicit Do-
minus, immittam sibi mala, vidutatem, pau-
teratatem, famem, & gladium, & pestem ad
eiusstandas domos tuas. An non haec tria fla-
rella & trina hæc fulmina hic iunctim & uno
clut sub fasce posita conspicuntur?

Idem & in Ieremias legitur: nam idem ipse Ierem. 14:2
Deus aduersus populum Israel maiorem in
modum exacerbatus, quod debitum Deo cul-
lam ad idola & vanorum numina transstulisset, stet. Deus Israe-
litatem illi intentans, suumque furem & litis bel-
ligationem veribus testatus, sic vocem est illi, pestis
locutus: *Nolis orare pro populo isto in bonum, & famem*
in se inveneris, non exaudiem preces eorum, ministrati-

& si obtulerit holocausta & vultimas non suscipiant eas quoniam gladio, & fame & peste consumam eos. An non hic denuo tria hæc tela uno istu vibrata?

Ierem. 29.

Idem Domini furor & indignatio cùm nondum cessaret, minas etiam nequaquam intentare definit; capite namque XXIX. ira & furore astuans, velut verborum tonitrua & fulgetra ejaculatur; Persequar eos, ingratos scilicet & idololatras Israelitas in gladio, & in fame, & in pestilentia. & dabo eos in vexationem inuenient regis terra: in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis genibus, ad quas ego eieci eos. Quam ignita, quam terribilia verba? quam horrenda verborum iacul?

Ezech. 6.

Producam & terribilia, & semper eorumdem flagellorum comminationibus stipata. Apud Ezechiem namq; Deus optimus maximus ad iustam, ob populi infidelitatem & idololatriam, indignationem concitatus, Prophetæ hæc inungir, Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic, heu ad omnes abominationes malorum dominus Israel, quia gladio fame & peste ruunt sunt: qui longè est, peste morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obcessus, fame morietur, & complete indignationem meam in eis. O verba horrenda! rationem feralem & terribilem! anne vñquam vobis terribilia ora audita? an graviores minacioresque vñquam ad aures vestras comminationes acciderunt? tantamne cœlo indignationem contineri? Deumne tam vñtrices depescere poenas? tantæ animis cœlestibus iræ? vos peccata & iniquitates, toto passim orbe inualecentes, vñica harum comminationum causa estis, hosce vos ignes veluti flabro succenditis, vos iram hanc & vindictam suscitatis, vos maiestatem hæc benignissimam irritatis, vos tela hæc è pharetra in apertum profertis, vos hæc flagella exeritis, vos trisulcum hoc fulmen proculditis. Sed ad linçem redēamus, & sacra volumina vter us peruvolumamus, querentes num triplex hoc telum etiam alibi simul pariterque intentetur. Tria insuper loca proferam, sed alio schemate & velut emblematico conuestira.

2. Reg. 24.

Primus est in historia regum Israel. Deus namque in Davidis regis peccatum acriter animaduersurus, Gad Prophetam ad eum destinat

dicentem: Aut septem annis veniet tibi famæ in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur; aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua: nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei qui me misit sermonem. R. x ergo acep, quid ei geret Opus Dignorans, pauidus & consternatus, lacrymae uocatae abundantes & gemens in hac tandem verba belli, famæ prorupit, Coarctor nimis, sed melius est, ut incipiat pellam in manus Domini (multe enim sunt misericordia eius) quam in manus hominum. Et David pego cum optione data pectem pigul fieri, e que sten bolo triduo dumtaxat in regno viuens grata famaque esset, septuaginta hominum millia à Dan vs. pax.

Multa historia hæc continet dignissima notatu, quæque ad nostram instructionem mirificè deseruunt. Primo quod Dei flagellis plus ille Rex minimè refragetur, neve impius Pharaonis instar oblugetur, sed vt supplex & humilis poenitens debitas delictis poenas agnoscatur, easque magna animi demissione admittat, & pœnitentias vltro subeat. Secundo, quod mentem Dei viuentis naturam agnoscens, & de hominum conditione diffidens, malit inter adeo clementis Dei brachia se coniiceret, cuius misericordiam perspectam habebat, quam hominibus se credere, quorum crudelitatem & malignitatem sœpe sacerdos esset expertus. Tertio, quod inter cuncta Dei flagella ipsum pestilentia sit grauissimum, & maxime metuendum, quod leptennio sterilitatis, & trimetri bello triduana solum peccatis velut æquipollens & æquivalens ex opposito opponatur. Sed ad emblemata nostra redeamus.

Alterum, quod in Scriptura nota emblemata, Ezech. legere est apud Ezechiem, quod priori aliquatenus respondet, & cum historia Davidis aliquo coincidit modo, cùm enim de capillis, quibus populi excidium designabatur, enigma Prophetæ huic propositum esset, sic ilium Deus est allocutus, Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum radensem pilos, cui te haec nouacula quid his crinibus facies Domine raudi; Tertiam partem igne combures, tertiam partem concides gladio, tertiam vero aliam disperges in ventos. quod deinde exponens & mysterium reuelans ait, Tertia pars tui peste mortieretur, & fame consumetur in medio tui. Et explicantia pars

*ria pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: ter-
tiam verò partem tuā in omnem ventū disper-
gam, & gladium euaginabo post eos.* An non &
hic cursum tria hæc tela r̄ ystico sub schema
te simul p̄' olata? sed addam aliud & ciusdem
omniō farinæ.

*Ieremias reuelatus Deus, ecquæ Ierosoly-
mam ruina & excidium Sedechia regnante
maneret, duo illi canistra sicibus his bonis
& suauibus, illis amaris & grossis repleta o-
fendit: primæ illarum dulcem, iætem festi-*

*uumque populi è captiuitate reditum, alia fe-
talem eorum, qui Sedechia tempore in Iudæa
victuri erant, perditionem excidiumque deno-
tabant: unde subiectit: *Et dabo eos in vexatio-
nem afflictionemq; omnibus regni terra, in op-
probrium, & in parabolam, & in maleficium
nem in uniuersi locis, ad quæ eieci eos, & mit-
tam in eos gladium, & famam, & pestem, donec
conjurantur de terra, quam dedi eis & patri-
bus eorum.* Ecquæ verba, Deus bone, quam
horrendæ combinationes! ac deinde sicum
visionem adaptans capite 29. subiungit, *Ecce
mittam in eos gladium, & famam & pestem, &
ponam eos quasi sicus mala, quæ comedi non
possunt, èo quod pessima sunt.**

An non ergo pestis semper inter arma
Vindicis Dei reperitur? an non inter præci-
pias iustitiae eiusdem administras? an non
item è maximè terribilibus omnipotentis Dei
irati signis, & è grauissimis quibus afflige-
re mundum & mortales consternare plagiis
solet?

*Ecce sane inter omnia mala & flagella, quibus
perterri & percilli homines solent, pestis
facile primum obtinet locum; hinc eadem in
Scripturis peccatum & iniquitas omnis, velut
symbolo & nota, designari consuevit. Hinc
spiritus sanctus sceleratum quempiam & per-
ditum per omnia denominatur, pestiferi
eum nomine indiget. Sexcentis hoc probari
exemplis queat, & locis varijs. Primus ille sit
Ecclesiastici: *Attende tibi à pestifero, id est, sce-
lesto fabricat enim mala, ne forte inducat super
te subannationem in perpetuum.**

Eodem item sensu capit in Apostolorum
Actis. *Apostolus enim Paulus à Iudæis apud
Felicem Præsidem accusatus cum esset, aduer-
sus agens Tertullus auctor, ab hac inuesti-
ca suam est auspicatus orationem: Inuenimus*

*hunc hominem pestiferum, id est, prauum &
celeustum, & concitantem seditionem omnibus
Iudeis in uniuerso orbe, & auctorem sedis Na-
zarenorum, qui etiam templum violare cona-
tus est. Calumnians h̄ c malum sanctum A. Pestifer
postulum in odium adducturus, pestiferum cū dicitur in
nuncupat: qua derotare metaphorâ volebat, Scriptura
illum esse & profligatis moribus, perditū, no-
sceleratus,*

*xium, & rerum perturbatorem, cum hoc pa-
sto Iudeis omnibus exosum & inuisum reddi-
tur.*

Eadem in significacione pestiferos appellat

Scriptura eos, qui aduersus piū & eo datum

Iona ham insurgeant, eique perniciem & in-

teritum moliebantur. viros peruerbos & ad

omnem malum gnitatem efformatos: *Et con-
uenierunt, inquit, aduersus eum viri pestilentes* *Mach. 10.*

ex Rael, viri iniqui interpellantes aduersus eū.

In Proverbijis eadem est vñus metaphora Sa-

lowon ad peccatores, & nefariam eorum vi-

tam designandam: *Homines pestilentes dissi-
pam civitatem, sapientes vero auertunt furo-
rem diuinum.* *Prou. 29.*

Addo his omnibus, Deum ipsum apud Iere-

miam Prophetam Babyloniorum iniquitatibus,

impunitate & abominationibus exacerbatu-

rum, eadem figura vñsum: illorum enim vibem

veluti montem quemdam compellans ait: *Ec-*

ce ego ad te mons pestifer, ait Deus, qui corrum-

pis uniuersam terram. *Ierem. 51.*

Hactenus producta & tridiosa hæc præam-

bula hunc in scopum primariè collineant, vt

hinc euidenter patescat, peccatum & pestem

rae postre-
mis mundi

inter se, velut effectum & causam conue-

nire, eamque maximam esse plagam, & qua Plagis,

vix grauior atrociorque à peccatis mortalium

irritato Deo immitti in terram queat. Hinc &

ipse Dei filius Apostolis signa ac portenta su-

prenum illum ac formidabilem mundi diem

antecessura patefaciens, & quæ tum calamita-

tes homines oppressuræ sint præmonens, pe-

stem inter alias producit, *Eruunt, inquit, pesti-*

lentia in terris: declaraturus scilicet, pestis tera

hæc contagia è supremis mundi plagi fore, &

vñ cum bellis atrocibus, fame vnuersali,

horrendis terræ tremoribus, incendio pñssim

vaganti, astrorum confusione Deum pestem

inductum, vt si quid superiores clades eua-

serit, & lospes perfisterit, pestilenti hac lue pe-

nitus deuastetur. *Lue. 24.*

Bess. de Sandis.

Qqq

Partem

IV.

Partem hanc latius deduxi, mox ique huius ho^minem, malum ac pericula pluribus sum prosecutus, ut inde maiorem Sanctorum illorum illustrium honorandorum, colendorum, inuocandorumque occasionem eliceretis, quibus Deus vita mortisque dominus ac princeps, mali huius pellendi, & auerruncandi, cum eam ob causam ab hominibus p^re suppliciterque illorum potentia imploraret, potestatem ac pr^rerogatiuam concessit. atq^s in primis & nominatim S. Rochi, cui haec coelitus gratia & donum concessum, ut etiam in inter mortales agens, multos mortalium, oppida etiam integra & prouincias ab hac liberaret lue; & iam certe gloria persuensi hanc ob causam omnibus passim eius auxilium inclinatur. Ipse scilicet hoc contagio correptorum asylum & refugium, & eius inuocatione pluri^m ha^ttenus hoc malum excuslerunt, & etiam mod^o eius opem implorantes excutient, que miracula Christianus orbis & depraedat, & passim demiratur; hinc magnum & illustre sancti huius Confessoris per orbem nomen redditum est, quod ipse etiam modo vobis ad oculum representabo, eiusdem virtutes vi tamque propositurus; quod altera concionis parte facturum me promisram.

Nouum ergo hoc stadium ingressurus, ab hac Psalmista exclamatione rei auspicabor: Mirabilis Deus in sanctis suis. Si quo enim in sancto Deus redditus admirabilis, in Rocho certe nostro maximè se mirabilem praebuit, si vel eius ortum & natalem, vel vitam & actiones, vel mortem atque eam secuta miracula intuecamur. Plurimi viri magni, & singulari quo erga sanctam hunc Confessionem tenebantur affectu, vita eius historiam, praeclare gesta, virtutes, merita & elogia litteris consignarunt. Illu^trisimus Cardinalis Baronius iuis, in Martyrologium Romanum Notis aliquot profert, nimirum Franciscum Driedonem, Petrum Pinum, Claudium de Rota in leg. Sanct. cap. 191. Petrum in Catalog. append. c. 15. Crantz. um in Metrop. Saxon. hb. 9. c. 25.

Inter alios Driedo obseruat, anno illura millesimo tacentesimo vicesimo septimo aut circiter vitæ diem clausisse, & anno millesimo quadringentesimo quartodecimo a Patribus in vi uerbi Constantiensi Concilio congregatis nomen eius celebrari coepisse: ex quorum

S. Rochus
inter ceteros
sanctos
a peste in-
fectis in-
vocatur.

Deus in S.
Rocco fa-
etus admi-
rabilis.
Psal. 67.

Baron. in
Martyrol.
Qui de eius
vita scri-
perint.

Quo tem-
pore S. Ro-
chus inno-
uerit.

communi de creto, postquam sanctitas eius iam pluribus miraculis declarata esset, & amplissimum ipsi de eadem testimonium tulissent, ut imminentes virbi illi pestem eius intercessione auerterent, debiti reliquis Sanctorum honores etiam in plenum collati sunt, eiusque effigies magna cum veneratione, cultu & honore, vniuerso populo supplicantum nsequeente, propalam per vobis compita Pactum humeris delata est. & ecce, confessum sancti huius viri interuentu & ope à pestilenti hac plaga regio vniuersa vindicata, omnesque eiusdem eam pulsam meritis passim non sine gratia animi significations confessi sunt.

Gallia nostra, que semper Christianitatis S. Rochus fuit armamentarium, & sanctorum seminaⁿ Galliarum, obtigit virum hunc inlycum mundo nasci, & in Ecclesia utilitatem cumdem educasse. Orbi quippe illum dedit Mons Pessulanus, Narbonensis provinciae, regni huius provinciarum non postrem^o, caput. Genus ac stirps illi fuit inculta: pater, cui Ioannis erat nomen, inter generosissimos temporis suu equites fuit numeratus, & mater eius Franca nomine illustrissimus tota provincia matronis merito annumeranda. Cognito porro illustri se editum sanguine parentibusque secundum sacerdulum inlytis & magnis, languinis ipse nobilitatem virtutibus, bonisque operibus etiam cum puer exprimere & nobilitare contendit.

Hinc, dum adhuc lacte materno aleretur, quo thebdomadis bis, ad S. Nicolai Mycenis S. Rochus imitationem, vbera sugere detrectaur, iam bimbo inde ab incunabulis ieiunio se dedens, simili domada que declarans, quo factus iam grandior mem. vberibus eis etiunio castigatur. Iam tunc re ipsa & opere salutare hoc Sapientis moni. eu^aputatum exequens, quod adolescentibus omnibus prescripsit, Fili a iuueniente tua excipe doctrinam, & usque ad capos iuuenies sapientiam. Et Eccles. 6. fane prima illa imprecisiones ægic ad nodum traduntur, miraque tunc in reliquos vitæ annos efficaciter, ut taceam teni Deo longè esse gressus simam, & præalios accepissi nam.

Agnolens hoc ipsum Ecclesiastes hoc saeculi lui iuuenes modo commonefacit, Letare ergo iuuenes in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tue. quasi dicitur, Virtus succum vna cum lacte nutrita imbi-

imbi, & primos vitæ annos honorum opem exercitio dedica: perutile namque est, maturè & tempestiuè bene facere, vitamque cum honore & virtute instituere discere. Bona siquidem hæc fundamenta in virtutum fabrica posse a reliquo vitæ tempore perseverant, nec illo vñquam malignitatis motu flabrioque concuruntur aut labascunt.

Iacob. Capite sequenti eademi monita prosecutus addit, *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis tuae, & appropinquant anni, de quibus dicas, Nō mihi placens, antequam tenebrescant sol, & lumen, & stella, & luna. Aenigmatica plane & tropica hæcce parænisis est. Per annos namque afflictionis & amaritudinis tempus intellegi senectus, tempus inquam diplicens, triste, ingratum, molestiss & tetricitate plenum, atque infinitas sœcum ærumnas ac dolores trahens, tempus inquam, quo sol, luna, & stellæ tenebrescent & caligant, nempè oculi rutilantes illi hominis soles caligine opulentur, tum scilicet visu & dulci siderum contemplatione priuamur. Monet ergo & consulet Sapiens, iuuenum esse iam inde ab infantia vte Deum colere, virtutibus incumbere, non vero in senium & ærumnos decrepitæ ætatis annos id differre, ante scilicet quam appropinquent anni displices. Iuuentus enim virtutum exercitio propria magis est, quam morola & effectæ lenocutus fæx.*

Quod omnes in genere adolescentes ac filios commonefaciebat Ecclesiastes, hoc suu nominatim Tobias, vti ex eisdem eruitur historia, eius namque initio legimus, filio illum, Dei viuis timorem iam inde ab adolescentia vt præ oculis haberet, & ab omni peccatorum genere sibi quam maximè caueret, suauisse: quem ab infantia timere Deum douit, & abstinere ab omni peccato. Beati portio partes illi, qui sancti huius virti exemplo, filios iam inde à floræ ætatis & primis annis, Dei timorem edocent, & omnis peccati fugam persuadent. Hæc seilicet honorum parentum partes, hæc fidelium lectio, hoc Deo præ certis gratum est.

Quod cùm veteres fidique Dei serui perspicuum haberent, quoties sua merita magni facere, & sine vanitate vila tum apud Deum, tum homines virtuosarum actionum suarum

pondus deprædicare cupiebant, semper propè uisse se tempus, quo Deo primum famulari ceperunt, gloriantur, produxere: in primis vero permagni fecerunt, quod iam inde à pueritia Deum timere occipserint. Sexenta eaque illustria rei huius exempla sacra Bibliorum volumina nobis suppedant. Imprimis Abdias A chab Regis xx: o-nomus, fidus ille & pius Dei cliens, qui Ieza 3. Reg. 18. bele sanctos Dei Prophetas ad necem perse- quente, centu vna vice neci, eosdem in cauer- nis clanculo enutiendo subduxit: is inquam cum Deum præ oculis haberet, suamque pie- tam deprædicaret, sic Eliam Prophetam est allocutus. Seruus autem iuus timet Dominum ab infante sua.

Huc facit & illud Iobi de vita suæ innocentia apud omnes testimonium dicentis, *Quia* *Iob 3:6* *ab infante mea crevit mecum misericordia, & de vero matris mea egressa mecum est. Hyperbo- lica* *hac exaggeratione dicere vult, se jam pue- rum & infantem, virtutis & imprimis commis- sionis semitam insisterem cepisse. Si Rochus* *noster vita suæ præconium etiam concinnare,* *meritorumq; suorum texere catalogum ac vir- tutum vellet, hoc ipsum identidem repetere,* *vereq; dicere posset, non charitatem modò &* *misericordiam, sed & ieiunium, poenitentiam, amoreum tum Dei, tum proximi, aliasq;* *virtutes plurimas secum crescente creuisse,* *quod le nascente simul illæ enata essent.*

Sapiens, extra humilitatis lineam non abiens, nec vanæ glori & aura extra mentis statum abripi se minimè sinens, de sapientia (cu- ius initium timor Domini) loquens, illam se puerum studiosè summaque animi contentio- ne quæsisse, & iam inde à primis incunsabulis & flore iuuentutis dilexisse testatur: *Hanc amavi, inquit, & exquisivissem à iuuentute mea.* Tametsi non ea Rochi nostri fuerit fa- ma & nomen, quod Salomonis in eo tamen illi par fuit, quod eamdem sapientiam & Dei timorem iam inde à primis & floridis annis dilexerit; cum nempè adhuc in cunis agens, & puerilibus fascijs inuolutus, maternoque pendens ab ubere, ipso abstineret, & à fugendo sibi temperatit, hoc poenitentiae auspicio vi- tam auspicatus.

Ezechiel Propheta vita suæ innocentiam *Ezech. 4:* ponderare dum gestur, sic Deo loquitur, *A. a. a.*, *Domine Deus, ecce anima mea non est polluta,*

Q. q. a. G. auer-

Prælatura
monita Sa-
pientia ad
adfectio-
ns.

Tib. I.

Servi Dei,
Deo iam
inde ab in-
fanta ser.

Ezechielis
Prophetæ
Puritas.

Ecclesiastico. 51.

Thucydide. 12.

Psalmo. 70.

& morticinum & laceratum à bestijs non co-medi ab infantiâ mea usque nunc, & non est in-gressa in os meum omnis caro immunda. Per-magni puritatem illam Propheta hic faciebat, quod iam inde ab incunabulis nihil immun-dum gustasset: sed eadem in Rocho nostro mag-is & laudanda & admiranda videtur, quod non modò rebus immundis veritisque absti-nuerit, sed etiamnum in fascijs infantilibus inuolutus ab honestis & licitis, imò & necessarijs sibi etiam temperarit, bis singulis hebdoadis vbera trahere detrectans.

In Ecclesiastico Iesu Siracides Deo suppli-cans vitæ sua innocentiam duobus tribusque hisce colis declarauit: *Latus est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter rectum, à iusuen-tute inuestigabitam eam: de sapientia portò lo-quitur. Quod sanctus ille de vitæ sua integri-tate dat testimonium ac præconium, nos sancto Rocho adaptare & possumus & debe-mus: mox enim vt vitæ huius ianuam est in-gressus, & primùm solis huius vſura frui, vir-tutis coepit exercitio delectari, pedes eius re-etè ambularunt, numquam aut nusquam ab honestatis semita deflectentes, & a pri-ma adolescentia Dei amorem & sapien-tiam exquisiuit, in eademque studiis encu-buit.*

Princeps quidam Palæstinorum, vt Lucas obseruat, cum quodam tempore Redempto-rem interrogaret, *Domine, quid faciendo vitam aternam possidebo?* audiuit illicò, *Mandata no-sti non occides, non mactaberis, &c.* Repon-dit princeps pietate & feruore ardens, *Hac omnia cui fidelitâ iuuentute mea. Rara res & insolite profectò, virum principem iam inde ab adolescentia tam sincere vitam institui-sfe, & diuina mandata tam sedulò obseruasse: verum longè mirabilius sanctum hunc virum, vt primum vero materno egreditus est, vir-tutis lac fugere cœpisse, vbera nutrictis declin-ando. Quām ergo meritò illud Prophetæ usurpare potuit, Deo obbonas inspirationes, & qua ab eo vita recte instituenda rudimenta initiaque accepterat, gratias agentis, *Deus do-cuisti me à iuuentute mea, tu tuum mihi mo-rem, aliasque sanctas virtutes iam inde à pue-ritia instillasti: præter Deum enim B. Ro-chum, virtutum iter, ieiunium, aliaque peni-tentiae opera, quæ etiam puer & fascijs inclusus**

exercuit, edocere nemo potuit.

Si hisce virtutum primitijs, & lætis initijs, S. Rochus quæ non nisi quid magnū portendebant, adeo ætate cre-se mirabilem sanctus hic puer omnibus reddi-scens, vir-di-tum verò multò maiorem in admiratio-tute creuia nem vniuersos rapuit, dum ætate creseens & annis, virtute euam ac sanctitate crevit, & omnigenis bonis operibus vitam florecentem quotidie florentiorem effecit. Cum enim ad duodecimum ætatis peruenisset annum, pater commune naturæ debitum iam persoluturus, his eum verbis postremò compellauit, quatuor illum rerum commonefaciens, primo vt le-su Christo numquam non infatigabile ob-le-quum præstaret, deinde erga pauperes benig- S. Rochi num se temperac pium exhiberet, tertius facul-pacem-tibus relictis rite debitaque ratione vtere-riesca-tur, quartò denique vt ne nosocomia & xe-nodochia deserret, sed qui in eo gemebant comedere pauperes & ægri auxiliaticem eius lentirent manum.

Pijs hisce monitis acceptis, & parente vita S. Rochus fundato, filius, solius pietatis ac sanctimonij facultatis studiosus, eadem executioni mandaturus, à in pauperi generali rerum omnium contemptu cœpit, & effundit omnibus facultatibus magna charitate in ege-nos effusis patrio egredi solo constituit, in a-lieno & incognito peregrinaturus. Quapropter Rōmam petere sancta visitatrus loca cum decrevisset, Italia fines iam ingressus, competuit oppida pleraque pestilenti malo in-festa; ad qua cum concessisset, & nosocomia frequentaret, vt peste correptis ministraret, ecce, subito omnis euanuit contagio, & Deus sanct huius viri zelum & benignum in mor-bidos afflictum insigniter remunerans, dedit, vt vniuersa circumquaque regio à contagioso hoc & epidemico morbo liberaretur. Accovit quod longius procederet Rochus, & noua sem-per oppida adiret, in quibus pestilens hoc malum gr. assabatur, sanctitatis eius fama cōtiam longius peruagaretur, & noua quotidie miracula eius meritis intercessione que cœlitus pa-trarentur.

Hic ancoram faciamus oportet, Auditio-res, & eminentem sancti Rochi, quā omnibus exhibuit charitatem, admiremur, dum se nolo-dochijs to. um consecravit, ægris ministra-tus, vitamque præsentissimo mortis periculo intrepidè exponens. Docuit olim Redemptor majorum

Janus maiorem dari ea singique caritatē non posse, quām vt animam suam ponat quis pro amicis suis, vitamque propriam alienae conferuāda ergo periculō obiciat. Quae cūm sint, vt sunt verissima, sancti huius nostrī charitatem ad summum perfectionis gradum pertigisse credendum est, cūm pro salute proximi vitam ipse suam exposuerit, ac toties tamque varijs in locis mortis despermina adierit peste infectis sedulō succurrendo, ministrandoque, quō ipsi salutem recuperarent, neve amicis modo ac notis, sed pleriq; incognitis & peregrinis. opus profecto heroicum, lumen pium, & meritū infiniti.

Melior Et sanè adeò excellens & præstans est, vt martyrij quedam sit species morbidis ægrisq; se, hecimē nominatim contagiosa lue infectis, apud quo maximē vita periclitatur ministrantis, & mortis in discrimine versatur, ministrare. Quod perspectus & probè cognitum habens Ecclesia, Sacerdotes quosdam ac diaconos aliisque viros pios permultos debito veris martyribus honore & cultu afficit, qui Valeriani Imperatoris tempore, cūn tetra quedam pestis Romanos, & viuertas exinde prop̄ imperij Romani prouincias inuasisset, vtr̄ d. ac sponte morbidorum obsequio se, magna pie tatis significacione offerentes, mortem pię in obsequio suo inuenientur, regnum & celeste hoc pacto & vitam sempiternam audeentes; quorū etiam pia memoria in Martyrolog. Ro. ad ultimum Februarij diem consignata est, vt no tam suis ad ipsum Notis Card. Baroni.

Bene. n. 7. Inter omnia enim charitatis & misericordie opera primas fert, quod morbidis ægrisq; praefatur. & hoc ipsum in primis consuluit Ecclesiasticus, & maximopere suadet, dicens: Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula, nec te pigeat visitare infirmum. Egregia & salutaria fane monita, quæq; omnī fidei anima proposita, contolari scilicet afflictos & mōcentes, lugentibus adesse, & ægris non deesse. Illustres fane hæ virtutum sunt actiones, & opera verè Christiana.

2. Cor. II. H. s. actionibus mirè deditus erat magnus ille Gentium Doctor Paulus, sed in primis infirmorum visitationi & consolationi. Suum cūn Corinthijs zelum & ardentem charitatem patet faciens in genue conseruit, le, vbi quemquam illorum male habere & infirmari inau-

dierit, mali illico reddi participem, eodem dolore dolere, & simul quodammodo infirmari. Quia infirmatur, inquit, vclit ūm. & ego Christiana quadam sympathia cum ipso simul non infirmor.

Non oranes verò eiusmodi charitatem spiringant, ac nimis quām multos saculo hoc nostro exulcerato reperire est, qui ad omnem crudelitatem inhumanitatemque eruditii, & sola extrema specie homines, humanum nihil habentes, afflictorum commiseratione non tanguntur, aduersitates aliorum exhortescunt & abominantur, drque morbis alienis ne hilum laborant. Habent nimirum corda barbara, animos immites & rigidos, pectora ferrea & cneata, omnique falso & adamante duriora, ad vilam commiserationem commoueri nescia. Hos iam olim designasse regius Vates videtur, dum expostulans & exprobans ait, Infirmati sunt, nec fuit qui adiuaret. quasi dicere: Magna & intolerabilis horum fuit crudelitas & immisericordia; permulti namq; moribidi decubuerunt, multi ægritudine factientes omne corporis animique amiserunt robur; nullus tamen auxilio fuit, nullus suppeditas tulit, auxiliatus est nemo. Huiusmodi, prò dolor, etiam hodie duritiem animorum in multis passim reperiuntur.

Sed longè alter Rochus noster erga proximum se gesit, longè alium se præbuit affliti signo crucis: charitatis etenim flamma cor eius æstuabat, anima solis miseris cordia operibus intendebat, suum credebat decus n. nosodochijs inter ægros versari, suam gloriam morbidis adesse, & omne suum in eo collocabat studium, vt proximo succurret, & pestem habentibus auxilio fore: in quoſcumque enim hoc malo correptos incidebat, signo crucis super eos efformato pristinæ sanitati restituerebat, eadem scilicet gratia & prærogativa, quam Apostolis suis abiens ad Patrem Redemptor promisit, & tam euidenter confirmavit. Nam inter priuilegia & gratias, quas Dei filius in terris agens, Discipulis consignavit, non postrema fuit ægroris sanitatem reddere, & super morbos manu posita eisdem restituere viribus; vti ab omnibus obseruatum est Euangelists, & Matthæo nominatim, qui cap. 10. hanc gratiam recenset: Dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnes.

Magna
multorum
hodie in
humanitas.

Psalm. 106.

Math. 10.

Qqq. 3. lan.

languorem & omnem infirmitatem, quasi dicere velet. Duo illustria & insignia in Apostolos collata sunt privilegia, primum auctoritas in spiritus tartareos, vt ad eorum nutum ac iussum energumenorum corporibus egrediantur, alterum morborum persanandorum potestas. Idem notat & D. Marcus, Et dedit illis potestatem curandi infirmitates: loquitur portio de Christo & Apostolis. Capite vero 16. longius rem ducens, & creditorum in Christum signa & notas prosequens, quas ipse Redemptor declararat, Signa autem, inquit, eos qui crediderint haec sequentur. In nomine meo demonia ejicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super agros marus imponent. & bene habebunt. Hac in S. Rocho non minus quam in Apostolis quam perfectissime completa sunt, ac nominarim modicorum medella. nam eodem celestis priuilegio donatus, & in ludo supernaturali archiatri titulo ornatus, tantam in omnigenas infirmitates potestatem accepit, vt vel manu dumtaxat moribidis applicita, & cruci signo efformato grauissimos & periculosis morbos, quales haud dubie pestifera contagio est, persanauerit.

Marc. 3.

Marc. 16.

Multæ urbes & regna
S. Ro. ho
obligata.

S. Rochus
pestis ta-
ctus.

Adeo ut infinita loca, vibes & provinciae, quin in omnia regna integra potentia eius brachium presenterint, & quam diuinus accepit gratiam, permultis signis, prodigijs & miraculis stipitatam experti sunt: quorum ut paucis succintè que aliqua velut aliud agens commemorem, sciat oportet virtus eius historiam prodere, dum in quodam Italæ oppido in notodochio pestilentia laborantibus adest ministrando, diuina prouidentia factum esse, vt & ipse eadem luc inficeretur: cuius occasione cum grauissimus vehementissimumque exercitacientur cruciaturibus, sibi ut temperate nequinet, quin in voces queribundas, gemitus profundos & queritaciones ac planctus pia doloris acredine erumperet; iratus ipse notodochij prefectus, & tales vociferationes haud æquo forens animo, nocte intempesta Rochum domo ejicit, vt qui ceteris importuno clamore molestus esset, in hunc ergo cum & ipsi vibis. Confuses incidissent in publico iacentem, (quod ad afflictionis incrementum permisit Deus) ne vniuersam sua lue temp, inficeret, vibem ei interdixerunt.

Ergo cum beatus hic vir tam ingratè indigneque haberetur ab ijs, qui tantis erga illum deuiniti nominibus essent, ex amore Dei hoc magna cum patientia perseverens, & vibis hoc packo proscriptus, in solitudinem locumque desertum haud grauare concedit; in quo constructo ad habitandum è frondosis ramalibus tugurio, magno animi ardore & contentione Deo supplicat, sui ut commiseratione tangatur, neu se in tanta calamitate desertum ab hominibus deserteret. Audit preces affliti omnipotens, & ad opem illi ferendam quam promptissimus, duo eius in gratiam confestim miracula patrat. Primo namque fons lymphidissimus subito terra prorupit, & rugurum, in quo Rochus iacebat, circumquaque irrigavit, cuius ille vnda æstuante pestilentis contagij ardore intolerabileque refocillauit, quod illi follicati non mediocre solarium & voluptatem attulit. Deinde diuinus factum, ut canis quidam à pago, qui aberat propius, quotidie panem illi è penuario herili in siluam deferret, quo in summa egestate vir hic pius vitam traheret.

Cum haec mecum ipse animo voluo, noua hæc miracula veterum mihi simili propè occasione & pari in necessitate factorum reficiant memoriam. Fons quidem trumplens renouat eius mihi fontis memoriam, quem Agar ancillæ cum filio Iosepho per desertum vaganti, & extrema siti laboranti. Angelus celo clapsus ostendit, ut se filiumque eiusdem aqua à morte vindicaret, Aperuitque oculos eius Deus, quæ videns puteum aqua abÿt, & impletus virum, deditque puero bibere, qui præ siti pene exspirabat, & vix animam arida trahebat.

Simile etiam miraculum in Numerorum libro legere est: filii Israel namque cum in desertum Cades & Sin venissent, & rerum inibi inopia conficitarentur, murmurare coeperunt, & aduersus Moysen & Aaronem ductores suos insulgentes, has illis querelas proponerent: Cur Sediu II. eduxisti Ecclesiam Dei in solitudinem, ut nos tacitarum & nostra iumenta moriamur? deinde in sedi aduersatione pergentes viterius dixerunt, Quare nos fe- Moysen & cisti ascendere de Aegypto, & adduxisti in lo- Aaronem cum istum pessimum, qui seru non posset, qui nec in deferto, sicum gignit, nec vineas, nec malogranata, in su- per & aquam non habet ad bibendum. Con- sternau ergo & perterriti facili Moysen & Aaron, ut hunc populariem furorem sedarent, ac tem- pesta-

pestatem serenarent, ad tabernaculum confugerunt, & Deo supplices facti his cum precibus compellarunt, Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquae vixie, ut satiati cesseret murmuratio eorum. Ut audierit vocantes Deus, illico imperat Mosi, ut ad petram loqueretur, & aquam inde eliceret, quod cum factum esset, & Moses insuper virga petram percussisset: Egressa sunt aqua largissima, ita ut populus biberet & iumenta, quod Maluographus miraculum exaggerans, canit, Quis conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

In Breviar. Rom. in viii. S. Clet. monach.

Vt vetera illa miracula omittam, in vita S. Clementis discipuli S. Petri, & eius in Cathedra successoris, yniuersalisque Ecclesiae Pontificis, legimus, cu in persecutione Traiani Imp. Roma pulsum, & trans mare Ponticum in Chersonesum relegatum, ubi bis mille Christianos ab eodem tyranno in exilium actos, & ad secundam mortem coelestinos reperit. hi ergo cum aqua penuria laborarent, sanctus hic vir in montis quoddam iugum concedens, rem ipsorum communis omnium Deo per orationem commendauit, eiusq; illis opem & auxilium efflagitauit. Vix oratione ab eo luerat Clemens, cum ecce vidit Agnum pede dextro terram ferientem, & subito fontem lymphidissimum profluentem, qui & stibundos Christianos recreauit, & infidelibus plurimis arripienda fidei orthodoxa fuit occasio: eoq; miraculo, inquit Breviarium, multe infideles ad Christi fidem converserunt. *Clementis etiam sanitatem venerari coegerunt:* in Rochi etiam nostram gratiam, ad imitationem veterum illorum miraculorum, sōs quidam in Italiae desertis insolita quadam ratione scaturivit, qui malo eiusdem aliquatenus auxiliaretur, & febris illius ardore temperaret. Hac quidem quoad primum miraculum, iam de aliо dispiciamus.

Canis quod die S. Rocho in silva panē annular.

Certe si haec aquarum scaturigo & supernaturalis fontis productio, qui Sancto huic estuanti refrigerio foret, admirabilis fuit; non minore mihi dignum admiratione videatur, canem quotidie ad illum in silvam ē proximo pago, velut statum œconomum cibum deferre. An non enim mirum, animal iudicij & rationis planè expers, quotidianum hoc iter suscipere, & stata hora solitarium hunc eremiticolam inuiscere cibo onustum? Ut taceam ge-

neralem omnipotentis Dei prouidentiam, creaturas omnes hactenus indiscriminat in pascientis, nihil ut cuiquam umquam necessarium defuerit, singulare sanè Dei hic, animal hoc ad famulū sui ministerium quotidie destinantis, priuilegium & gratia eluxit, ac proinde nouum & inauditum miraculum dicendum.

Nouum porro inauditumq; minimè est, audiare vel legere in veteribus monumentis, Deū in extremis famulorum suorum necessitatibus, quō iisdem succurreret, canum, coruorum & similiū animalium ad cibum iisdem deferendum, opera vsum esse. In 3: namq; Regum libro habetur, coruos, diuino nutu Eliæ Prophetæ, cū in deserta Iudea concessi esset, quotidie manū ac vesperi stato tempore panem carnemque, que clanculū è Regis Achab regia afferabant, detulisse, quo ille alimento vitā longo tempore traxit: Corui quoque deferebant ei panem & carnes manū, &c.

Id ipsum primo Anachoretarum parenti & institutori & magistro Paulo accidisse, historiarum monumentis proditum est: cū enim in inferiori Thebaide natus, Decij & Valeriani Imperatorum persecutionē fugeret, in abditam speluncam concessit: in qua cū ad annum vique aetatis centesimum decimum tertium commoratus esset, & donec ab alio anachoreta sanctimonia vita ei pari, ac non agerario diuino instinctu visitaretur: coruus qui sexaginta ipsis annis quotidie dimidiatum illi panem attulerat, ad Antonij noui hospitis adventum duplans dimensum, integrum deportauit: quam rem deminū ibus piis Anachoretis, sic coruo abeunte, Antonium Paulus adoratus est: *Esa. Dominus nobū prandū misit,* In Brevi: verè pius, verè misericors, sexaginta iam anni Rom. in viii: sunt, cū accipio quotidie dimidiū panū fragmentum, nunc ad adventum tuum militibus suis S. Pauli Christus duplcauit annonam.

Et sanè Deus ipse de clientum suorum conservazione, & alimento, & annona tam anxie solliciteque laborat, ut satis illi non sit, si ordinaria alendi ratio deficit, animalium brutorum, vilissimorum scilicet creatorum operam adhibere, nisi etiam Angelos, spiritus illos celestes & excellentes, interdum cum cibo & alimento ad famulos in ipsum confidentes sperantesque, inque eius famulatu intrepide persistantes mittat. Sic videmus in Regum libris, Ange-

Deus vtitur interdum animalibus ad alimentum seruorum suorum.

S. Paulus eremita in deserto à coruo patus.

Angelorum opera vtitur interdū Deus ad pios educandos.

3. Reg. 19. Angelum ad Prophetam Eliam afflustum, & ob ærumnas persecutionesque inter montes & in via siluarum gementem, cum pane subcinerito & lagenula aquam continente destinari, illique ex parte Dei imperante: *Surge, & comedere, grandis enim tibi restat via.* O immensam & infinitam Dei benignitatem, tam fedulam seruorum suorum rationem habentis, vt etiam Angelorum famulatum ijs præstet!

Dan. 14. In Historia Danielis idem Angelorum in homines obsequium occurrit. Ut enim sanctus hic Propheta, Satraparum Babyloniorum preualecente inuidia, in leonotrophium coniectus est, eius tuendi conservandique curam in se Deuter maximus suscepit, ne terum penuria (vt conceperant æmuli) conficeretur, descendere ergo illo Angelum cælo iussit, qui in Iudea Abacum messoribus suis prandium deferentem sublimem per capillos iustollit, & appicchensum subito in locum, ubi captiuus Daniel detinebatur, quingenis & amplius inde distantem leucus sittit. ad loci ergo aditum cum ventum esset, hoc Danielem modo compellavit, *Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus.*

Daniel ab Angelo Addo insuper, magnum illum Deum sapientia & prouidentia admirabilem, satis non enutritus in habere extraordinarijs in solitudo ratonibus, lacu leonu. cum communis statutus in rerum natura ordo Deus ipse deficit, suorum necessitatibus proplicere, animos aliquam malum, aiuum, elementorum, quin etiam do enutrit. Angelorum opera vtendo, sed ipsummet persepe, quod maximam admirationem meretur, suam hic operam impendere, & palam facere, incredibili te erga suos amore ferri: quem ut testarum faciat, multa mihi edidit omnes potentiae modos exercens. Mibi vt dicunt credatis, meminritis obsecro, quid in filiorum Irael gratiam praesliterit, *quos quadraginta ipsis annis in vasta & inculta solitudine manna cibo adeo sapido & exquisito pavuit, vt Angelorum sit panis appellatus.* Meminerit s rutilus, quomodo publicum ijs & solemne instruens epulum, infinitam coquanticum illis multitudinem aliunde aduexerit: meminexit s rutilus, quid antequam cibum hunc daret, suo illis ore denuntiavit. audite Moyseos ore loquentem, *Vespere comedetus carnes, & manu saturabimini panibus, scietisq; quid ego sum Dominus Deus vester, nec aliis praeter me in terra quaerendus sit aut adorandus.*

IIIij Israel manna & coturnicibus cœlitus pasti.

Exod. 16.

In inextricabilem hunc diuinæ prouidentie Canis filii labyrinthum me indui, occasione canis huius, & familiæ cuius ministerio panem quotidie in deserto S. homini Rochus accepit. Addam ad animalis huius nimis commendationem, præterquam quod benignum, domesticum hominiq; fidum sit, ipsum a S. Scriptura dilaudari, eò quod affectum, clementationem & misericordiam, qualis in animali fationis experte haberi potest, varijs in casibus in Dei seruos patefecerit. In primis namque D. Lucas, dicit illius & infortunatam Epulonis texens historiam, eusque in egenos inclemenciam ac duritatem, velut notatu dignum obseruat, opulento illo Lazarum ad ianuam stipem postulantem non commiserare, benigniores te erga illum canes domesticos præbuisse: nam ad miserum hunc ulcerosum venientes, velut naturali quadam compassionem, lingebant ulcera eius, saniemque omnem & purulentiam inde emanantem exsugebant. Ut vero rem altius arestamus, in Tobias historia legimus, catellum domesticum, qui filium in exteris profectum prouincias, velut indiuulsum comes secutus erat; ut primum redux paternis factus est ædibus vicinior, præcurrisse quasi gestientem & felicis redditus nütium esse voluisse consolatori futurum patribus filij vñici absentiam lugentibus, suamq; orbitatem plorantibus. Vnde Scriptura, *Tunc Tob. 1. præcurrit canus, qui simul fuerat in via, & quasi nuntius adueniens, blandimento sua cauda gestudebat.* Hæc quidem mira sunt & præclara, quoad bestias, exempla, sed quod de cane Rochum nostrum quotidiana almonia nutritante præ omniibus palmam fert, & insigne miraculi speciem includit.

Hinc de eodem hic tacebo, finemq; faciam vos simul omnes exhortatus, Auditores, vt sanctum hunc virum colatis, & noctu & interdiu omnigenas ad illum preces & vota dirigatis Proposui, & quidem pluribus, quænam sint pestis descrimina, & quam Deus optimus maximus illi in morbum hunc potestatem contulerit: prosecutus sum, ecquod pluribus opidis & prouincijs etiamnum mortalem vitam agere auxilium attulerit, & qua cœlo iam receptus mundo ratione persæpe succurrerit. In huiusmodi ergo afflitctis onibus ad ipsum configite, ipse vestrum contagie pestifera grassante fit asilu, ad ipsu quocumq; demu pressi morbo cor-

IN FESTO S. BARTHOLOMAEL.

vota, preces convertite: multum quippe a-
piud Deum potest, potentia eius nemini non
in terra nota est, homines eum simul & An-
geli demirantur. Ipsum ergo qua potestis
obseruantia colite, vestra illi summa animi
demissione vota offerte, merita & laudes e-
ius passim deprehendite. Inuitat eodem exul-
ceratum quo viuimus seculum, mundi ætas,
in qua verlatur, & tempora hinc compellunt,
& ac ipse, quem corruptum, infectum, mor-
bis plenisimum trahimus, prægnantissima
illius inuocandi, ad ipsum configendi, &
numquam memorie eiusdem leponendæ
occasio est.

Tibi vero, ô beate Roche, Montepessula-
notum decus, Galliae nostra ornementum, &
totius uniuersi gloria, debitum semper cul-
tum deferemus, & quibus tibi deuincti su-
mus, nomina numquam non agnoscemus. Tu
siquidem miserorum & afflictorum spes, pe-
re laborantium solamen, & omnium morbi-
dorum refugium. Tu, ô gloriose Confessor,
tot tamque illustres morborum curationes
fecisti, tot respubicas a contagio affteruisti, a
tot locis & regnis pestis effugasti, tuaque
potentia tot signis & miraculis orbis inno-
uit. Perge, oblecto, fidei Dei cliens, ac beate
cœli indigena, moribidis auxiliari, miserae
huic Galliae suppeditias ferre, & natale solum
benignis oculis intueri. Et tantum de tuis
nobis fauoribus & donis impertire, quantum
vota tibi precesque Galli offerimus, a cœni-
bus illorum atrocia diuinarum indignationum
flagella auerte, diuini furoris flammam
in nos merito accensam extinxitur,

obuiam procede, omnipotens dexteram

intercessione tua exarma, & atrocem hanc e-
pidemicu morbi virgam, quam tot iam annis
in nos strinxit, & quam acris intemperies &

inordinata tempestatum anni volutio toties
nobis comminatur, manibus execute. Noli
obsecro, ô magne & supreme afflictorum om-
nium medice, regni huius tutelam ac pro-
tectionem, quam auspicias es, deponere, cu-
ram quam haec tenus cius habere te tot mira-
culis & prodigijs demonstrasti, habere perge
precibus tuis sanitatem nobis impetra, im-
petratamque conserua, nos vero votis ac
precibus numquam nomen tuum in terra

Bess. de Sandis.

extollere, laudes tuas deprehendere, virtutes
demirari desinimus, quarum adminiculo fa-
ctum est, ut cœli gloria & gaudio sempiter-
no sis donatus, cuius iam quietè possessione
perfueris, & qua donare nos omnes Pater,
& Filius & Spiritus sanctus, decurso hoc
mortalitatis stadio, dignetur. Amen.

IN FESTO S. BARTHOLO-
MAEI APOSTOLI.

Partitio.

- I. De duodenario Apostolorum numero.
- II. De origine S. Bartholomei, an idem que
Nathanael.
- III. De dignitate Apostolicæ generatim.
- IV. De eiusdem S. Bartholomei speciatim.
- V. De eius pelle decorticata.

Exiit Iesus in montem orare, & erat per-
noctans in oratione Dei, cfr. Luc. 6.

FIGVRA.

Lustre profecto & heroicum prorsus opus
fuit, adolescentem Iosephum, in filiis Iaco- Gen. 39:1
bi natu minimum ad lasciviam ac libidinem
hæc lenocinijs importune sollicitatum,
pallio illius in manibus relicto, fuga sibi
consuluisse, quo sic vehementis amoris
extus declinaret, infami adulterio se non
pollueret, fidemque hero datam sanctam
inuiolatamque conseruaret. Verum sun-
mi amoris & amiti longe generosioris te-
stimonium fuit, videre hodie sanctum Bar-
tholomæum è Christi Domini discipulis v-
num, mundi persecutionibus infestatum
pellim suam tyrannorum manibus cedere,
ne forte in idolatriam, qua spiritualis
quædam fornicatio est, prolaberetur, &
Iesu Christo Domino suo ac Magistro fidem
integræ & intemeratam seruaret. Hoc
scilicet Ecclesia hodierna sensuitate nobis
proponit, & vobis ipse pluribus hoc ma-
ne deducere constitui. Ut vero & ipse &
vos mecum hac donari gratia mereamini,
coelestem opem imploremus, & Spiritus
paracleti auxilium inuocemus, idque inter-

Rer.

ccellio-